



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 5. Jus successionis Carolo Hispano adhuc firmitus assertum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. „ instantes erimus, ut respiciat Domi
 A. C 1731. „ nus in hæreditatem suam, nec
 „ illis nos detrimenta metuere patiatu
 „ quorum Patrocinio sanctæ Ecclesiæ
 „ rationes tuendas & vindicandas com
 „ modavit. „

S. V.

*Jus Successionis Carolo Hispano
 huc firmitus assertum.*

Eodem adhuc anno Imperator, et
 hucusque cum Hispaniarum Rege
 collidebatur, mox litibus inter se com
 positis cum ipsomet Hispano privatum
 Viennæ pacem iniit, cujus præcipua
 qui controversum successionis jus spectab
 bant, tituli erant sequentes: I. „ Aggre
 „ scat Cæsar Philippum Hispaniarum
 „ Indiarum Regem, omnesque e
 „ descendentes, masculos, & foemina
 „ sinet iis pacifice frui. „

II. „ Contra vero Philippus suo
 „ Successorum nomine renuntiet omni
 „ bus ditionibus, quas Cæsar in Italia
 „ & Belgio possidet, & olim ad Be
 „ narchiam Hispanam pertinuerant.

III. „ Inter quas etiam est Marci
 „ natus Finalensis, quem Cæsar Anno
 „ 1713. Genuensibus cessit. Renuntia
 „ item regno Siciliae, ad quod sibi
 „ gressum ante servaverat.

IV. „Cæsar consentiat, ut primo-
 „genitus Reginæ Hispaniæ succedat in Sæc. XVIII. A. C. 1731.
 „Ducatus Florentinum, Parmensem &
 „Placentinum, a Cæsare tanquam feuda
 „Imperii recipiendos, postquam Impe-
 „rio fuerint aperti.

V. „Si primogenitus (Carolus)
 „cum suis descendantibus masculis de-
 „fecerit, accipiat illos sub eodem nexu
 „feudali secundogenitus, ejusque po-
 „steri masculi.

In hoc interim statu res permansit,
 donec Antonius Dux ultimus Farne-
 sianæ stirpis surculus Henriettam Rei-
 naldi Mutinæ Ducis Filiam sibi connu-
 bio junxerat. Hic enim, cum exiguam
 ex ea suscipiendæ prolis masculæ spem
 haberet, haud ægre quidem ferebat,
 quod Carolus Hispaniæ Infans, utpote
 sibi affinis in hæredem designaretur;
 ubi tamen intellexerat, se nondum
 mortuo Philippum V. in id data fide cum
 Gallis & Anglis convenisse, ut ad Ca-
 roli successionem firmiter stabiliendam
 præsidariæ Hispanorum copiæ in Du-
 catuum arces se adhuc vivente immit-
 terentur, inde gravissime commotus,
 a Sacro Cardinalium Collegio (tunc
 enim Sacra Sedes vacabat) petiit, ut
 adversus omnem exteri militis vim at-
 que conatum, præcipuæ urbes Pontifi-
 cio milite munirentur, vel saltem per

Sæc. XVIII. Curatorem aliquem sub potestate Sedis
 A. C. 1731. Apostolicæ tanquam supremæ earum
 Dominæ servarentur. Id ipsum Dux
 a Clemente XII. recens electo Pontifice
 impensius efflagitavit, qui jura aliorum
 præcoci impetu invadi iniquo tulit
 animo, ac propterea vim antevertebat
 copiasque Ferraria Parmam mittens
 decrevit. Nihilominus tamen, quod
 animo conceperat, adhuc differre factum
 duxit, a Germanorum copiis præve-
 niri veritus: hæ enim, cum magno nu-
 mero apud Casale majus jamjam con-
 stitissent, duobus omnino itineribus
 propius, quam Ferrarienses, Parmam
 Urbi aderant. Nil ergo Pontifici re-
 liquum erat, nisi ut monitis ac præ-
 bus apud Imperatorem & Gallie &
 Hispaniæ Reges instaret, quatenus
 ipsimet inter se conferrent, quatenus
 omnis injuria propulsari, omneque de-
 fidium tolli posset.

§. VI.

*Antonius Parmensis Dux ultimus no-
 sculæ stirpis Farnesiæ mortuus.*

In hac rerum vicissitudine Clemens
 Pontifex, ut Antonius Dux ab ex-
 tera vi præmuniretur, neque officium
 suum, neque studium desiderari passus
 est, ejus tamen molimina foederato-
 rum